



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

39



ХВЦ Д П И В К
И С У И С У И А Т

39



JANUSSIUS RADZIVIL, D. G. DUX
Birzarum & Dubincorum, S. Romani imperii Princeps, &c.
ACADEMIÆ LIPS. RECTOR.



Rursum hodierno die, ex singulari eaq; imperferibili voluntate DEI exemplum nobis ante oculos obversatur
triste & luctuosum, fragilitatis & inconstantia, vite sortiq; humane, in Reverendo & Excellentissimo Viro, Dn. THOMA WEINRICHIO,
Sacros. Theologie Doctore & Professore publ. Ecclesie Lipsiensis ad D. Nicol. Archidiacono, ac Collegii B. Virginis Collegiato, &c. qui & ipse,
decurso vita mortalis spacio, in ipso ferme atatis flore, honorumq; & laborum medio quasi curriculo, excessit è rebus humanis, summog; in luctu &
dolore acerbissimo, superstitem Uxorem viduam, liberorq; orphanos, & omnem deniq; familiam honoratissimam post se reliquit. Quo casu sane
repentino & inexpectato, non immeritè perturbata est hac Academia & Urbs univèrsa; cum satis constet omnibus, eum sibi fato preceptum
virum, qui singularibus ingenii & eloquentia donis instructus, magna cum laude, hæcenus infervierit Ecclesie Christi; & qui etiam deinceps, si ita
visum DEO fuisset, salutarem operam atq; fructuosam, in sacro docendi munere, navare ad huc multo tempore potuisset. Et sanè tantò gravius
Ecclesia Lipsiensis vulnus inflatum est viri hujus obitu, quàm minori temporis intervallo, ab eadem, vi factorum avulsus, vir quondam Reveren-
dus, & ingenii atq; Doctrina donis præcellentissimus, Dn. D. VINCENTIUS SCHMUCKIUS, Pastor ejusdem Ecclesie ac Superatten-
dens meritisimus; qui anno superiori, non sine magno omnium luctu & desiderio, & ipse satis concessit. Verùm quia sic placuit præpotenti DEO, ut animas sibi dilectas ma-
turè ex hoc tempestuoso Mundi pelago, turbineq; rerum humanarum procelloso eriperet, transferretq; ad portum vite ac quietis sempiterna; æquum utiq; est, Christianà sic
pietate flagitante, & ferri moderatius viri utriusq; tūc à vicijs perbeatum obitum; & vota simul ad eundem misericordem Deum fieri ardentia, ut dextrà suà potenti, in hisce
fatalibus imperiorum motibus, Christianà protegat & defendat Ecclesiam; Doctores verbi divini pios ac fideles decedentibus sufficiat, eosq; Spiritu Sapientia regat, & incolumes
ac constantes in Cælesti veritate conseruet; pacem deniq; & tranquillitatem optatam, depulso furore Martio, communi patrie largiatur pro paternà suà bonitate ac clemen-
tià; mitigationemq; præsentium poenarum, & difficultatum in communi vita gravissimarum, pro immensà nobis suà benignitate ac miseratione, contingere sinat, per & propter
CHRISTUM patrem nostrum, & salutis autorem unicum.

Nos piè jam defuncto supremum hoc tempore præstituri humanitas officium, paucis proponenda hoc loco duximus, quæ ad ortum tūc paxaq; vite, atq; curricu-
lum & obitum pertinent; ut hac commemoratione, & nostra erga defunctum gratiosa affectio, & simul relicte familie honestissima, debita & officiosa respectus significatio
qualiscunq; declaratur. Natus est ille (ut accepimus) in oppido Silesia non ignobili HIRSCHBERGA; Anno Christi supra millesimum, quingentesimum, octuagesimo
octavo, die XVIII. Aprilis. Pater ipsius fuit Dn. THOMAS WEINRICHIIUS, Pastor quondam illius oppidi primarius, Viri Reverendi & amplissimi, Dn. D. GEORGII
WEINRICHII, Professoris, Pastoris ac Superattendentis, superiori tempore, in hac Urbe meritisimi frater germanus, vir de Ecclesia illius loci & ipse, per multos annos,
præclare meritus: Mater autem EMERENTIA, ex familia honorata similiter oriunda, Dn. JOANNIS GRÆSELII viri spectatissimi, apud Serenissimum quondam Saxonia
Electorem AUGUSTUM Monetarii, filia, sœmina à pietate, quæ virtutum omnium mater est, præcipuè commendata. Hi parentes optimi cum ingenii vim minimè vulgarem
animadverterent in hoc filio suo primogenito, statim ab ætate primâ, ad discendas bonas literas, & imbibenda religiosa pietatis initia, eum adhibuerunt in patriâ, ubi & prima rudi-
menta in utroq; genere hausit, & sic fundamenta uberioris doctrina, feliciter in ludo patrio, pro ingenii atatisq; captu, posuit; prioribus quidem annis, sub Reçtore, Dn. VA-
ENTINO EMERICO, Consule postea Hirsbergensis Reipublice spectatissimo; Con-Reçtore verò Dn. GEORGIO HORNINGO, postea ejusdem Reipublice per multos annos Sena-
tore; posteriori verò tempore, sub ejusdem Scholæ Reçtore, Dn. JOANNE RUDOLPHO, jam loci illius Archigrammateo, & Dn. GEORGIO TIBSIO, nunc temporis Re-
çtore; viris egregiè doctis atq; eruditis, & in informandâ juventute Præceptoribus apprime selectis atq; industrijs.

Cum verò attigisset annum ætatis sextum & decimum, missus est à parente Vratislaviam, ubi in celebri Gymnasio ad D. Maria Magdalena, triennium integrum;
sub id temporis Reçtore Dn. M. JOANNE HÖCKELSHAVEN, viro doctissimo & in tenera ætate erudiendâ artifice eximio, Con-Reçtore verò Dn. DAVIDE RHENISCHE-
RO, jam in templo D. Elisabethæ Ecclesie optime merito; studia sua tum in pietatis exercitijs, tum bonis artibus & literis, & in primis in Græca Latinaq; imò & Hebræicâ
literaturâ, singulari cum laude continuavit; ab anno videl. 1604. usq; ad annum 1607. quo tandem ex Scholâ illâ Vratislaviensi, consilio suâsq; Præceptorum, in hanc Lipsien-
sem venit Academiam; cum præcedenti anno, Mense Julio, Parens ipsius, Mater autem anno sequenti, Mense Februario, ex vita decessissent, morte quidem piâ placidâ, neg; per
atatem inmaturo, ipsi tamen piè defuncto & tribus fratribus, sororib; planè tristi & luctuosâ.

In hanc verò Urbem & Academiam, ductore DEO, delatus, cum præsidia studiorum necessaria non haberet, ad patrum suum, prænominatum virum Reveren-
dum & Amplissimum, Dn. D. GEORG. WEINRICHIIUM, hujus loci id temporis Superattendentem, seu Patronum unicum confugit; qui & libenter eum benevolèq; suscepit,
& seu parens alter, sustentationem ei necessariam perbenignè præbuit; quin etiam effecit, ut statim inter Cborales (uti vocant) in templo D. Nicolai, nec multò post inter Sti-
pendiatos Facultatû Theologica, in hac Academia, locum obtineret. Hisce præsidijs sublevatus à paxaq; studijs, studijs se Academicis totum dedit, & initio Professoribus Philo-
sophia, quam veluti basin superiorum disciplinarum, minimè sibi negligendam putabat, operam assiduè dedit. Ac cum probè, etiam ad huc adolescens intelligeret, nihil esse in stu-
dijs atq; ac confusione perniciosius, or dicit verò nihil melius utiulusve, statim ad præscripta Legum & Statutorum Communitatis Philosophicæ, totum studiorum cursum insti-
tuit, Gradusq; & Titulos honorum Scholasticorum, vero legitimoq; ordine præstavit, summaq; cum laude obtinuit; Baccalaureus quidem, anno, ex quo huc venerat, statim altero,
Magister verò opt. Artium & Philosophiæ publicè renunciatus, triennio post, anno videl. Christi 1611.

Hoc Scholastica dignitas Titulo cum ornatus ille esset, mox veluti primitia quedam honorum ac commoditatum, quas secum fert hæc Scholastica vita, inopinanti
illi delata fuit. Nam Magister Philosophiæ creatus, statim eo ipso anno, Collega fuit designatus Scholæ Senatoriæ ad D. Nicolai, in qua statione tamen (quam singulari fide, in-
dustria & diligentia obiit) diu non permansit; sed cum post necessaria linguarum & Philosophiæ adminicula, totum sese addidisset Sacros. Theologiæ studio, in eiq; genere specimi-
na, tum Academica, tum Ecclesiastica, diversa jam edidisset egregia, anno nondum uno præterlapso, ex scholâ prædictâ vocatus est legitime ad Parochiam in oppidulo ditionis Al-
tenburgicæ Mueßelwiz anno videl. 1612. quo in loco biennium circiter, Ecclesiastico docendi munere, summa fide & diligentia perfunctus est. Porro nactus, singulari providentiâ
divinâ, conditionem istam exoptatam, cum sciret, sanctum ac venerabile Conjugium, ipsiq; autori DEO gratissimum esse, eo ipso statim anno, relicta cælibe vitâ, consilio maturo si-
bi delegit vitâ conjugiiq; sociam, lectissimam id temporis virginem, ANNAM, viri quondam Reverendi & Excellentissimi, Dn. ABRAHAMI SVARINI, Sacros. Theol. D. & in
Saxonico Ducatu, ditionis Altenburgicæ, Generalis Superattendentis, siliam, viduam hoc tempore relictam, & domesticis funeris hujus spectatricem mœstissimam; quâ cum nuptias
solemnis Altenburgi celebravit, anno 1613. die 13. Januarii; atq; ab eo tempore in annum usq; XVII. cum eâ vixit, in conjugio tranquillo, suavi sæcundog; & libero ex eâ, divinâ
benedictione, suscepit septem, filios nempe quatuor, & tres filias; ex quibus ad huc superstites sunt filii tres, & totidem filias; qui orphani hoc tempore miscelli, pijs suspirijs & lacrimis,
cum Matre viduâ, parentis obitum dilectissimi prosequuntur.

Ceterum biennio in opp. Mueßelwiz nondum exacto integro, cum hic Lipsiæ, per obitum Viri Reverendi &
Clariss. Dn. L. JOANNIS MÜLMANNI, in Ecclesia ad D. Nicol. Archidiaconi, locus in Ministerio Ecclesiastico vacare cepisset, ab Amplissimo hujus Urbis Senatu legitime huc
vocatus est, anno nimirum 1614. Cumq; inum initio locum haberet inter Diaconos, per per quinquennium Epistolam D. Pauli pulcherrimam ad Romanos, concionibus in uni-
versum 157. diebus Veneris, in magna populi frequentia, explicavit. Deinde surrogatus superiori Collega, Dominicales Epistolâ vespertinas, per annum unum atq; alterum
ipsis diebus Dominicis, enarravit; donec tandem Archidiaconus in vicino templo designatus, Psalterii explicationem à Psalmo exorsus 109. (Nam ibi Antecessor deserat) ad finem
feliciter perduxit; inchoato postmodum Sacros. Evangelio D. Joannis, in quo progressus ad octavum usq; caput, vitam simul cum officio, DEO sic disponente, reliquit. Toto autem
illo tempore, quo publico hoc docendi munere functus est in Ecclesia; per annos scil. 15. integros, talem se exhibuit divini verbi præconem, ut laudem religiosa pietatis, fideiq; ac
sedulitatis in obeundis officij laboribus, spectatè item integritatis ac candoris in omni reliquâ vitâ, apud omnes bonos, promeruerit. Quod ad honores alios Academicos & di-
gnitates atq; officia attinet, per legitimam electionem aditus est nosser à paxaq; in numerum Collegarū honoratiss. Collegii B. Virginis, anno Christi 1617. die 14. M. Februa-
rii, & quadriennio post electus ejusdem Collegii præpositus; cui muneri singulari fide & diligentia ad hoc usq; tempus præfuit, toto ferè octennio. Cumq; in hac Academia & Ur-
be, fato quodam, se retineri animadverteret, ex eo ad petendos honores sublimiores in studio Theologico justam ac gravem sibi causam oblatâ putavit, ac propterea in diversis dispu-
tationibus publicis Theologicis, sic exigente statutorum præscripto, munere Respondentis cum laude functus est; donec tandem anno 1613. primam in Theologia Lauream, merito
suo, per solennem renunciationem, unâ cum alijs XVII. competitoribus, acciperet. Post id tempus deinde exercitia lectionum & disputationum varia, ac collegia privatâ in stu-
dio Theologico habuit. Cumq; post annos aliquot Archidiaconus Ecclesie ad D. Nicol. designatus esset, simul eodem tempore nova accessit dignitas, dum Licentiatum Theologia
publicè renunciatus est, anno nimirum Christi 1624. die 5. M. Februarii. Sed & Professio Theologica Extraordinaria ei commissâ fuit eodem anno; & quadriennio post, anno vi-
del. 1628. munus ordinariæ Professionis; cum post obitum viri Reverendi & Amplissimi Dn. D. VINC. SCHMUCKII Superattendentis publica Professio Theologica vacare
cepisset. Visum quoq; fuit illustrissimæ Electorali Aula, ut supreme dignitatis Gradum in Theologia sine morâ ulteriori assumeret: Id quod Paulo post, Reverende & Amplissi-
me Facultatis Theologicæ consensu, factum est. Solenni enim, ut scimus, renunciatione D. SS. Theol. creatus est, XIX. die Mensis Martii hujus anni, ante ipsas hæbdomadas VII. Nec
dubium est, si DEUS ipsi vitam prorogasset, magno eum ornamento & Professioni publicæ, & in hanc Facul. Theol. futurum fuisse. Et hæc breviter de ortu ac familia tūc paxaq;
labore jam multos annos fidei salvifica doctrinam publicè tradiderit in Ecclesia, & qualem se exhibuerit in totâ vitâ reliqua; ita, ut dubium non sit, viri hujus obitum præmaturo
& inexpectatum, à multis, qui penitus eum novèrè, seriò deplorari.

Ad extremum vitæ actum quod attinet, relatam nobis est, piè defunctum Mensibus superioribus insolite à molestia, tussis fuisse conflictatum; signaq; simul apparuisse alia,
ex quibus corruptio Pulmonum minimè levis deprehendi facile potuerit. Ac fuisse quidem medicamenta, mitigando huic malo idonea, studiosè diligentèq; adhibita; sed cre-
viffe affectum lethiferum, ex eo, quod officij munus piè demortuus negligere noluerit; neg; etiam, ob instantem publicæ promotionis Actum, domi se continere potuerit. Inde
catarrhi materiam auctam in Pulmonibus, insecutamq; deinde orthopnoeam, cum vigilijs continujs; Ex quo natura sensim elangverit in corpore pravis humoribus referto, &
tandem prorsus succubuerit. Quod ipsum cum satis animadverteret ipse nosser à paxaq; statim voluntati se divinæ totum permisit, pijsq; & ardentibus se precibus DEO com-
mendavit; imprimis vero Sacros. viatico corporis & sanguinis Christi ad beatam à vicijs devotè se preparavit; ac cum uxori suæ liberisq; valedixisset tandem, ad hortationem ad
pietatem & DEI timorem adjunctâ paternâ, gravi ac seriâ; in CHRISTO demum piè placidèq; obdormivit, proximè præterito die Lune, paulo ante V. horam vespertinam; cum
annum ætatis suæ complevisset primum & quadragesimum, Mensesq; exegisset unum in clima ceterico hebdomadico sexto. Quoniam igitur hodierno die, horâ III. pomerid.
annuitio ac Christiano ritu, corpus exanime efferretur ad sepulturam; hortamur universos & singulos, qui Academicam agnoscunt jurisdictionem, ut frequentes eo tempore ante
ades, quas piè defunctus inhabitavit, conveniant, & funeris hujus exequas decenti comitatu prosequantur; ad hæc pijs precibus suis, in hisce ad huc imminentibus undiq; periculis,
salutem & incolunitatem Ecclesie Reip. publicæ, æterno ac misericordi DEO, seriò & devotè commendent. PP. die VIII. M. Maii, Anno CHRISTI M. DC. XXIX.

LIPSIAE, Excudebat GREGORIUS Nitsch.



JANUS S I U S R A D Z I V I L, D. G. D U X Birzarum & Dubincorum, S. Romani imperii Princeps, &c. A C A D E M I Æ L I P S. R E C T O R.



Rursum hodierno die, ex singulari eaq; imperscrutabili voluntate Deo exemplum nobis ante oculos obversatur
 crisse & luctuosum, fragilitatis & inconstantiae, vite sortiq; humane, in Reverendo & Excellentissimo Viro, Dn. THOMA WEINRICHIO,
 Sacros. Theologie Doctore & Professore publ. Ecclesie Lipsiensis ad D. Nicol. Archidiacono, & c. qui & ipse
 decurso vite mortalis spacio, in ipso ferme atatis flore, bonorumq; & laborum medio quasi curriculo, excessit è rebus humanis, summoq; in luctu &
 dolore acerbissimo, superstitem uxorem viduam, liberosq; orphanos, & omnem deniq; familiam honoratissimam post se reliquit. Quo casu sane
 repentino & inexpectato, non immerito perturbata est hac Academia & Urbs universa; cum satis confset omnibus, eum sibi fato praeceptum
 virum, qui singularibus ingenii & eloquentia donis instructus, magna cum laude, haecenus in servierit Ecclesie Cbristi; & qui etiam acinceps, si ita
 visum DEO fuisset, salutarem operam atq; fructuosam, in sacro docendi munere, navare ad huc multo tempore potuisset. Et sane tantò gravius
 Ecclesie Lipsiensis vulnus influctum est viri huius obitu, quanto minori temporis intervallo, ab eadem, vi factorum ad usum, vir quondam Reveren-
 dus, & ingenii atq; Doctrinae donis Praeclarissimus, Dn. D. VINCENTIUS SCHMUCKIUS, Pastor ejusdem Ecclesie ac Superatten-
 dens meritis; qui anno superiori, non sine magno omnium luctu & desiderio, & ipse satis concessit. Verum quia sic placuit prepotenti DEO, ut animas sibi dilectas ma-

quisque, ut dextrâ suâ potens, in bisce
 paternâ suâ bonitate ac clemen-
 ontingere sinat, per & propter
 m rē paratiss, vitæq; curricu-
 ficiose sup̄cœciliâs significatio
 v, quingentesimum, octuagesimo
 amplissimi, Dn. D. GEORGII
 loci & ipse, per multos annos,
 erentissimum quondam Saxonie
 ingenii vim minime vulgarem
 animadvertent in hoc filio suo primogenito, statim ab etate primâ, ad discendas bonas literas, & imbibenda religiose pietatis initia, eum adhibuerunt in patriâ, ubi & prima rudi-
 menta in utroq; genere hausit, & sic fundamenta uberioris doctrinae, feliciter in ludo patrio, pro ingenii etatisq; captu, posuit prioribus quidem annis, sub Rectore, Dn. VA-
 ENTINO EMERICO, Consule postea Hirsbergensis Reipublicae spectatissimo; Con-Rectore vero Dn. GEORGIO HORNINGO, postea ejusdem Reipublicae per multos annos Sena-
 tore; posteriori vero tempore, sub ejusdem Scholae Rectore, Dn. JOANNE RUDOLPHO, jam loci illius Archigrammateo, & Dn. GEORGIO TIBSIO, nunc temporis Re-
 ctore; viris egregie doctis atq; eruditis, & in informandâ juvenute Praeceptoribus apprime soletibus atq; industriis.

Cum vero attigisset annum atatis sextum & decimum, missus est à parente Vratislaviam, ubi in celebri Gymnasio ad D. Mariæ Magdalene, triennium integrum;
 sub id temporis Rectore Dn. M. JOANNE HÖCKELSHAVEN, viro doctissimo & in tenera etate erudienda artifice eximio, Con-Rectore vero Dn. D. AVIDE RHENISCHE-
 RO, jam in templo D. Elisabethae Ecclesiae optime merito; studia suatum in pietatis exercitiis, tum bonis artibus & literis, & in primis in Graeca Latinaq; imò & Hebraicâ
 literaturâ, singulari cum laude continuavit; ab anno videl. 1604. usq; ad annum 1607. quo tandem ex Schola illa Vratislaviensi, consilio suavisq; Praeceptorum, in hanc Lipsien-
 sem venit Academiam; cum praecedenti anno, Mense Julio, Parens ipse, Mater autem anno sequenti, Mense Februario, ex vita decessissent, morte quidem piâ placidaq; neq; per
 atatem immaturâ, ipsi tamen piè defuncto & tribus fratribus, sororiq; planè tristi & luctuosâ.

In hanc vero Urbem & Academiam, ductore DEO, delatus, cum praesidia studiorum necessaria non haberet, ad patrum suum, prae nominatum virum Reveren-
 dum & Amplissimum, Dn. D. GEORG. WEINRICHIIUM, huius loci id temporis superatendentem, seu Patronum unicum confugit; qui & libenter eum benevoleq; suscepit,
 & cum patrem alter, sustentationem ei necessariam per benignè prebuit; quin etiam effecit, ut statim inter Cborales (sibi vocant) in templo D. Nicolai, nec multo post inter Sti-
 pendiatos Facultatis Theologicae, in hac Academia, locum obtineret. Hic praesidii sublevatus è paratiss, studiis se Academicis totum dedit, & initio Professoribus Philo-
 sophia, quam veluti basin superiorum disciplinarum, minime sibi negligendam putabat, operam assidue dedit. Ac cum probè, etiam ad huc adolescens intelligeret, nihil esse in stu-
 diis areâq; ac confusione perniciosius, ordine vero nihil melius utilisq; statim ad praescripta Legum & Statutorum Communitatis Philosophicae, totum studiorum cursum insti-
 tuit, Gradusq; & Titulos honorum Scholasticorum, vero legitimoq; ordine pensavit, summaq; cum laude obtinuit; Baccalaureus quidem, anno, ex quo huc venerat, statim altero,
 Magister vero opt. Artium & Philosophiae publicè renunciatus, triennio post, anno videl. Cbristi 1611.

Hoc Scholasticae dignitatis Titulo cum ornatus ille esset, mox veluti primitiae quaedam bonorum ac commoditatum, quas secum fert haec Scholastica vita, inopinanti
 illi delatae sunt. Nam Magister Philosophiae creatus, statim eo ipso anno, Collega fuit designatus Scholae Senatoriae ad D. Nicolai, in qua statione tamen (quam singulari fide, in-
 dustriâ & diligentia obiti) diu non permanst; sed cum post necessaria linguarum & Philosophiae adminicula, totum se addidisset Sacros. Theologiae studio, in eaq; genere specimi-



KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000